

possessiones ipsas occupatas detinent / et occupare nituntur, sub pena excommunicationis ex parte nostra iniungata, / expresse ut possessiones ipsas occupatas predictis priori et ca/pitulo .. ecclesie restituant sine mora et ipsos nullatenus in dictis //

33.

(Ein Rektor der Campagna und Marittima) befiehlt einem Podestà, mit anderen Würdenträgern seiner Stadt zu dem von ihm anlässlich seiner Amtsübernahme zum 11. November einberufenen allgemeinen Parlament in Frosinone zu kommen.

Hs. fol. 6^r.

Inter illa que meditat[ionibus no]stris incumbunt et quibus ex offi[cio nostro] debito [assi]/duis cogitationibus angimur, illud est precipuum quod [...] spiritualem statum / prosperum provincie Campanie nostro commisse regimini conservare sa/lubriter, divina cooperante gratia, valeamus. Intendentes igitur in presenti / nostro felici adventu ad eandem nobis decretam provinciam [die] / dominico XI^o presentis mensis novembris proximo venturo apud Castrum / Frusinum²²) generale facere parlamentum, volumus et v[o]s requirimus et / monemus sub obtentu fidelitatis qua tenem[ini] Ecclesie Romane, ad penam / et bannum nostro arbitrio auferendam, vobis nichilominus tenore presentium districte / precipiendo mandantes quatenus vos potestas, una cum sollempnibus / ambasciatoribus et sufficienti syndico terre vestre, in predicto termino / et in predicto loco ad prefatum colloquium ut expedit honorifice / accedentes, nostro conspectui et [nostra] pre[sentia comparere cur]etis ad prestandum / more solito nobis fidelitatis [...] iuramentum, ac etiam au/diendum et faciendum que vobis [...] eiusdem nobis / decrete provincie iniungenda [duxerimus ex]pedire. Ut ex vestra presentia nostris [...] de ob[edi]/entia laudabiliter possimus non [...] etc. /

34.

(Ein Rektor der Campagna und Marittima) befiehlt dem Podestà einer Stadt, zusammen mit deren Syndikus und zehn angesehenen Bürgern am 8. Tag des kommenden Monats vor ihm zu erscheinen.

Hs. fol. 6^r.

²²) Frosinone. Vgl. den Brief Nr. 47. Bis zum Beginn des 14. Jahrhunderts fehlen Notizen über Parlamente in der Campagna u. Marittima; s. *Waley, The Papal State* S. 304.